

*Anm.: Die Zeugen von No. 188 sind wiederholt. Der Schreiber hielt sich so genau an seine Vorlage, daß er auch den Landgrafen Hermann von Thüringen wiederholte, obwohl dieser seit drei Jahren verstorben war. Vergl. Ficker, Urkundenlehre 1,324.*

— — Hii sunt testes: Albertus venerabilis Magdeburgensis archiepiscopus.  
 5 Otto Wirceburgensis episcopus. Engelhardus Nuemburgensis episcopus. Heinricus abbas  
 Augensis. Otakarus rex Boemorum. Theodericus marchio Missinensis. Hermannus  
 lantgravius Thuringie. Comes Albertus de Eberstein. Heinricus de Calandina marscal-  
 cus imperii. Cvnradus de Schipphe pincerna imperii. Hermannus et Heinricus camerarii  
 imperii. Albero de Podeme et alii quam plures.

10 Acta sunt hec anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo  
 octavo decimo, indictione vi., regnante domino nostro :Friderico: secundo dei gratia  
 Romanorum rege semper augusto et glorioso rege Sicilie, anno regni eius Romani v.,  
 Sicilie vero x&amp. feliciter amen; datum Wircebure iii. idus iulii.

(S.)

15

251.

*Erzbischof Albert von Magdeburg, Bischof Engelhard von Naumburg und Bischof Eberhard  
 von Merseburg stellen im Auftrage des Königs Friedrich eine Sühne fest zwischen dem Abte von  
 Pegau und dem Markgrafen Dietrich, namentlich auch in Betreff der Straßen durch Pegau und  
 Grotzsch u. a.*

1218 Juli 19.

20 *Hdschr.: Or. Perg. Stadtbibliothek Leipzig. S. der 3 Bischöfe hängen an. Phot. H. St. A.  
 Gedr.: Naumann, Catal. libr. mss. 235.*

:In nomine: sancte et individue trinitatis. :Albertus: dei gratia sancte Magde-  
 burgensis ecclesie archiepiscopus, :Engilhardus: Numburgensis, :Ekkenhardus: | Merse-  
 burgensis episcopi omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem  
 25 sempiternam. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ab hominum memoria cum lapsu  
 temporis elabuntur, nisi scripturarum permanen|tia fulciantur, expedit, ut ea, que rationa-  
 biliter gesta diuturniora speremus, scriptorum autentico solidemus. Modernorum igitur et  
 posteritatis noticie significamus, quod, cum inter T[heodericum] Misnensem marchionem et  
 Orientalem et S[ifridum] Pigaviensem abbatem occasione terminorum eis communium iurium  
 30 quorundam et dampnis ecclesie irrogatis controversia crebrius oriretur nec facile sedabilis  
 ad plurium annorum curricula protenderetur, illustris dominus noster Fridericus  
 Romanorum rex nobis dedit in mandatis, ut partibus convocatis et causa hinc inde cognita  
 ipsam iusto fine secundum sententiam terminaremus. Nos itaque ad mandatum regium  
 ad locum accedentes partes convocatas invenimus compositionem adeo desiderantes, quod  
 35 sponte se nostro arbitrio submiserunt. Nos quoque arbitrium assumpsimus sine preiudicio  
 auctoritatis a domino nostro rege nobis omnimodis in tali negotio commisse sicque  
 arbitrati sumus, quot marchio predictus expediat et in posterum expeditam dimittat  
 stratam transeuntem per Grouz sine ipsius ville destructione aut eandem stratam circum-